

eul_wid: moo-aa

Ρούφιος ὁ Ρουτίλιος · Rutilius Rufus the Historian

Historical Fragments

Ἀποσπάσματα

Period: Ἑλληνιστική Hellenistic

Dialect: Κοινή Koine

Domain: Ἱστορία History

Format: Πεζός Prose

t1-6 ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

- ¹ Macrob. Sat. I, 16: Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita a singulis atque universis facile noscebantur.
- ² Gellius N. A. VII, 14: Admirationi fuisse aiunt Rutilius et Polybius philosophorum trium cujusque generis facundiam. Violenta, inquit, et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Crito laus, modesta Diogenes et sobria.
- ³ Livius XXXIX, 52: Scipionem et Polybius et Rutilius hoc anno (570 anno U.) mortuum scribunt. Ego neque his neque Valerio assentior ...
- ⁴ Plutarch. Marius c. 28: Ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἄλλα φιλαλήθης ἀνὴρ καὶ χρηστὸς, ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προσκεκρουκῶς, καὶ τῆς ἕκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύριον εἰς τὰς φυλάς καταβαλὼν πολὺν, καὶ πριάμενος τὸν Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς, Οὐαλέριον δὲ Φλάκκον ὑπέρτερον μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τῆς ὑπατείας λαβεῖν.
- ⁵ Idem Pompei. c. 37: Πομπήιον, οὗ τὸν πατέρα παμπόνηρον ἀπέδειξεν ὁ Ῥουτίλιος ἐν ταῖς Ἱστορίαις.
- ⁶ Athenaeus XII: Διαβόητος δ' ἦν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Σίττιος ἐπὶ τρυφῇ καὶ μαλακίᾳ, ὥς φησι Ῥουτίλιος.

t7a-7i DE VITA SUA.

7a. (t) E LIBRO I.

7a. (t) Charisius II: P. Rutilius Rufus De vita sua libro primo: Pompeius elaboravit, uti populum Romanum nosset, eumque artificiose salutaret.

7b. (t) E LIBRO II.

7b. (t) Idem I: P. Rutilius de vita sua libro secundo: Animo, inquit, constante.

7c. (t) E LIBRO III.

7c. (t) Idem I: Familiare recte P. Rutilius De vita sua libro tertio: Pro L. familiare veniebam.

7d. (t) E LIBRO IV.

- 7d. (t) Idem I: P. quoque Rutilius De vita sua libro quarto, Scaurus libro tertio: Vectigalium se minus fructos.
- t7e-7f E LIBRO V.
- 7e Idem I: P. Rutilius De vita sua V. Ex orbi terrarum.
- 7f Idem I: Aedile, ab hoc aedile, non aedili, P. Rutilius De vita sua quinto.
- t7g-7i E LIBRIS INCERTIS.
- 7g Diomedes I: Sino, sini, ut P. Rutilius De vita sua: Quodsi me invitum abire sinisset.
- 7h Idem: P. Rutilius De vita sua: Uni una ostentura est.
- 7i Isidorus Hispal. Orig. XX, 11: Lecticae sive plutei lecti, de quibus Rutilius (vg. Satilius) Rufus De vita sua: Primum, inquit, contra consuetudi nem imperatorum ipse pro lectis lecticis utebatur.